

Idem. Bern.

non insequitur. Feras homines insequitur venator diabolus, ut dicit Bernard. super Psalm. Qui habitat, vers. 3. & minime capie, quia habitant in adiutorio Altissimi, qui quidem gratis liberat de decipulis retiam, ac de laqueo ludios venantium. Ubi fuerit umbra, ibi fugit inimici sagitta. Si in habitatoribus non est umbra defectus; venatoris idus validissimus, casus. Vel non insequitur in arca incolae homines, vel sequitur in acaijs aves continuo volantes.

Paul.

Defraudati lubricis mundi bonis, Cali fruuntur gaudijs.

Cecinit Paulinus ad Cytherium. Non sit umbra in Monacho, & fraudabitur venator a desiderio suo. Sic instituitur vita, ut non sit umbra: dedecet enim quod in arca in lovis, & micet in anima vel vestigium vanitatis.

8 In Aegyptijs figurabantur appetitus sensuales, sicut in Isaacitis fugientibus, confugientes ad aram Religionis: sed sciendum, omnes Aegyptios in mari lachrymarum, nullo dempto, suffocandos, ut fualto alite, ac columna duetrice micantis lucis; ingrediantur in terram promissionis. Non remanebit (ex gregibus) ungula, dixit Moyses ad Pharaonem, dum exuendi tantum hominibus concessit vel invitus facultatem. Nec ungula: fiet proculdubio egredientibus catena. Plus enim homines trahuntur speciebus, quam facultatibus: si remanet ungula, in servitute revertentur corda: & in dioriore detrudentur servitute; igitur ultro venient post acceptam libertatem.

Deinde, Aliquid innuit in proposito; dum curat, nihil remanere in Aegypto: cura est ergo de hominibus, non de bobus. Verum quid interest, quod remaneat, vel non remaneat selecti gregis ungula, ut fruatur libertate cupita? Promptiores equidem egrediuntur, si nihil de Aegypto tollunt: praesentes enim species stimulis praeteritorum memoriam pungunt. Cura adhibenda est, ut nihil ex Aegypto Israel sumat; minime quod ungula inferni peccoris maneat. Utrumque malum: verum hoc pessimum. Ungula dicitur signum peccoris in pulvere, vel in terra. Ergo dum egreditur in terram promissionis, gregis Israel in Aegypto haudquaquam remanebit vel ungula. Per Aegyptum signatur Saeculum, sive mundus; in Israel perfectus uncuque Religiosus: & prohibitor in Aegypto remansio levis unguis notz; dum sit sermo de vite sanetz religiositate: siquidem ut rutillet Monachorum propositum; in Aegypto aut mundo, Religiosi nec vestigium. Quali igitur imbuetur Saeculari documento disciplina; ubi in mundo videt vestigia sigillata (& etiam fugillata) Religi.

Exod. 14. 28. Pauciter via vera, Exod. 10. 26.

Servitus dira que voluntaria.

Nec secum in Monacho, nec vestigium nabi in Saeculo.

lari documento disciplina; ubi in mundo videt vestigia sigillata (& etiam fugillata) Religi.

Aliquid secum asferre ex Aegypto, malam est; igitur utquidem consumatur, haud concedetur Manna: sed consumetur professione & itinere. Remanere vero in Aegypto aliquid, quanvis ungula, ex filijs Israelis praepedit iter, ne accedant ad Deum Jacob. Unde nec ungula remanebit selecti Religiosi gregis; dum proficiscitur in terram promissionis: ne excusationem Saecularis habeat de peccato, dum vestigia Religiosi contemplatur in Aegypto. Exemplar enim Nigri Monachi habemus in N. Gloriosissimo Antegnanano: igitur ut ait Gregor. Magnus in Praefat. lib. 2. Dialog. etiam ut terram calcaret: Quem quasi in ingressu mundi posuerat, retraxit pedem. Breviter, sed eximium praeconium: retraxit pedem, ne vel despectus remaneret vestigium.

Denique. In arca Iovis somus. Sine umbris, vel imperfectioibus nescit inimicus, quod tendat arcum. Initar leonis vestigia impressa cordatus Monachus delectat, ne in retia vel currens cadat: sine umbra inimicus avolabit, quia semita in pedibus eius non apparebit. Ablone propositum, & liberatorem nanciscetur, si vestigia pedum, vel a fugiente imprimuntur. Unde in Aegypto nec ungula remanebit fugientium in patriam, nec diabolus venator per vestigia praefragus sequatur praadam. Iccirco Rabbi Salomoni lubet Rachelem furatam idola patris; ne iste confunderet, quod Jacob pegerat: igitur quicumque fugit inimicum & ultorem, ut Iovis arca consequatur libertatem; vivere debet sine imperfectioibus umbra, vel meditanter abolere vestigia.

9 Occurrit furtum Rachel, ut e somno religiosum excitetur cor. Symbolum mundi exhibetur Labanus, & merito: in illo quidem nihil inerat nisi dolus, ac multis placet, quia ludit: igitur experimentum praesentis fraudis, est esca doli illecebra subsequens. Fugit enim Labanus, qui domus propriae desiderabat augmentum: quod quidem duntaxat obtinetur in spiritali vita, dum pessundatur fugiendo mundi fallacia. Fugit igitur Jacob aliquibus fortunae bonis, inter quae pulchritudo dilectae, & naetae Rachelis. Haec in exitu, Furata est idola patris sui. Perpende cunctorum merito & iurgium, quia in domo sancta Saeculi lateret idolum. Quid si publice? Verum intendere. Rachel furata est idola: non vero Lia. Heu! In Rachele exprimitur cogitatio bonorum caelestium: in Lia sollicitudinum turbulenta saecularium. Haec em-

Seculari ministratur subterfugio de peccato, si contemplatur vestigia Monachorum in saeculo.

Greg. Magn. Car. S. Benedicunt in deserto mundi retraxit pedem?

Qualis Monachi vita?

Rabbi Salom. Genes. 31. 191

Mundus ludit, il ludit, & sequens est viciis.

ubi supra Cinctorum est iurgium si in domo sancta Lia secum lateret idolum.

Simulachrum mudi est dedecus Religionis.

Furtum est in Religiosa vita, offerunt in saeculo lacrima.

Affectus in saeculo com pedes istius Monachorum.

Non obtrahit Monachus sine infirmitate, dum idola coluntur in ara peccatoris.

Confin. Fieri solet celestis.

blema sequentium in saeculo vanitatem. Illa, insectantium cum sponso Iacobo contemplationem. Lia, profanae vitae nota: Rachel, sacrae institutionis tessera: & idola subsunt in gremio latitantia Rachelis, haud in fororis cubili larvam subsequens vanitatis; in detrimentum prorsus & propudium Religionis: igitur summum dedecus, quod Saeculi idola pessundata etiam a Saeculari; studiose coluntur a cordibus dedecis contemplationi. Pudor, quod mundi vanissima simulachra foveantur sub peccoris religiosi custodia.

Ultrò. Furata est idola. Quam apte! Furata: Vox eximia! Furtum perpetratur ex aliena: ac in gremio Rachelis furata dicuntur idola; quippe simulachra vana huius miseri mundi, quid semper alienum a peccore Religiosi. Adhuc consule. Dum inquiritur furtum imagines abdit, quod quidem signat, quia in idolis sibi complacet. Furtum indicat vel diversionem, vel conatum curiosum: retentio vero, cum simulacione, haud interruptum affectum: ac furtum ex idolis alienis, & ablata simulare; erat error Rachelis peior priore: siquidem in fragilitate luti indulgeri potest aliquando conditionis incuria, verum perperam stabilis affectus in Saeculi simulachra.

Denique. Revocatur Iacob in patriam, Dei praepcepto; quia illi facta fuerat terrae promissio; quam felicitatem haudquaquam assequeretur votum, dummodo socium committaretur Labanus. Frans igitur communis spei paradisi caelestis, est retentio saecularis vanitatis. Revocatur Iacob in patriam: carpit iter hilaris, & detinetur in via turbo prolubioso Rachelis, ut sciat quicumque accedit ad cor altum, instituto divinarum contemplationum; nihil magis praepedit animum in superiora caelestia, quam terre secum in via vasi mundi levisima idola.

10 Contemplor saepe in Rachele animum, vel animam Monachi tendentis in patriam, ut assequatur laboribus iteneris prospectam gloriam. Institutum nostrum est sequi Dominum Iacob, abdicatis, & abdicatis idolis doli Laban: incongruae sane nanciscemur finem institutionis, ubi idola coluntur in ara peccoris. Pudeat ergo, quod affectus haud forti a Saecularibus, in Religiosis hospitentur cordibus. Nec peius, si hospitantur: aliquando igitur uti hospites egredientur: ac summum profectum malorum, quod cum vita pariter egredientur; & furem a Saeculo virus, quo Saeculares interite, cognoscimus. In Epiro esse ferunt fontem, in quo (ait Nicol. Casin. Parab. Histor. lib.

1. symb. 41.) faces extinguuntur accensa, & accendantur extinctae. Fontem huiusmodi pro Religione cogito, dum non fabulam, sed veritatem in claustris designat fictio. Accedunt huc homines, & illuminantur fulgoribus: sunt enim lucernae ardentes in manibus. Dormitant, & dormiunt haud solliciti de oleo virtutis, quo foveantur vitae lampades. Clamor fit, & pavet cor. Dicit Seneca de Brevit. vitae, cap. 15. Praeteritorum obliviscuntur, praesentia negligunt, de futuro timent. Timent, & merito: lamentabile quidem, quod isthoc perspicuo, ac lucido fonte, ubi faces extinctae Saecularium accendantur, & accensa Monachorum extinguuntur. His ergo superfedo modo, quippe saepe saepius nobis in opere sermo.

DIDASCALIA XX.

Quam serum est tunc vivere incipere, cum desinendum est mori!

1 Sic Seneca de Brevit. vitae, cap. ult. igitur vitia potius dimittunt, quam a pravaricatore dimittantur. Urgente hoste, quid consilij ac lucis esse solet in mentis caliginosa, ut ponat coram tenebris in lucem, & prava in recta? Hollis habes muros. Si dum potuit, non penituit; turbato cerebro astu cogitationis, urgentia febris, ut congruum est, penitebit? Calliditatem insidiantis homo caveat; peniteat, ut non peniteat; serio peniteat, ne peniteat sero, Cras longum est, & breve. Longum, quia semper cras; & breve, quia cras non semper; regnatque peccatum in mortali corpore, dilacione (cogitata, & incogitata) penitentia. Est ergo peccatum; nec enim est homo, qui non peccet. Regnat (quod noxius) si intuitu facilis evasione decurrit temporis, fiat peccandi habitus, a subiecto difficile mobilis. Qui penitenti (ait Gregorius Magn. Homil. 12. in Evang.) veniam spondat, peccanti diem crastinum non promissit. Peccator sane obdurat, dum ab illo hodie vox Domini non auditur. Patientia Dei illum ad penitentiam adducit, & procrastinatione vesana, abicitur Dei patientia. Utque quo delicias dissolveris filia vaga? Dicis cum obdurat Pharaone, Cras? cras resurgam, cras vivam? Vive hodie: fera vita est crastina, vel non vita. Praesentia eripit, dum ulteriora promittit.

Pudor est quod lapsi Religiosi exstinguuntur, ubi saecularis accenditur.

Senec.

Senec.

Penitentia sera periculosissima.

Greg. Mag.

Crastina vita, non vita.

Exod. 10.

Cras.



rudinis. Redimi posse tempus rebantur, quasi ad manum haberent compunctionem, ubi pati necesse corporis infirmitatem: ac deciderunt à cogitationibus suis, secundum multitudinem iniquitatis; siquidem penitentiam procrastinarunt usque ad mortis tempus, & tempus non erat amplius.

Iam ergo haberet negligentia excusationem, si instabilis aetate vite haberent securitatem: verum expectare eras, dum hodie languescit cor; & quia venit, aliud veniet, & sic stare cum affectu, & sine effectu compunctionis, qui suum non habent vel leve momentum temporis; fatuitas summa, & velle perire, ubi sollicitant furore: igitur usque ad tempus & tempus differunt penitentiam; cum ignorent diem vocationis, & horam.

7 Demulcentur falso (quia aliqui in brevi expleverunt penitentiae tempora multa, & respicientiam longe, lateque extendunt spatia) aliorum diebus, propriam mentes, & mentientes aetatem, quasi omnes pervenissent ad optatam senectutem. Videtur illis, sed perperam, modò posse per illicita saeculi, uti libererit, vagari; & post ad Sponsum vocantem incunctanter redire: qui quidem per totam vitam, ut penitentiam, habuit & portam perviam, auspiciatrice pietate; sed repulsa ab illis peccatorum compunctione. Ecce cogitatio constructa fraudis: siquidem dum circumdant dolores mortis, urget salus, & non est tempus: ratio exigitur, & non est ratio: omnia intendunt conciliare, & nihil conciliatur sine ratione. Aeroamata demùm iudicant, & iure, ficta spatia temporis & penitentiae: quippe dum praesto illotunc adest penitentia; quia fera, & non de peccatis, clauditur pietatis sanua. Nesciunt utique: si quidem res tanti momenti agitur sine ratione: & negotiorum omnium primum & maximum differunt stulti usque ad tempus incertissimum.

Concedamus ergò, peccatorem scire interitus horam: ager ergò penitentiam? Ita in promptu cordis silicis compunctio? Cogitatione tantum in momento temporis vometur virus aetatis? *Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum*: id est, *peccatum meum* (ut observat insignis sanctitate & doctrina Gasp. Sanctiùs hic, num. 48.) exclamat Iobus, à planta pedis usque ad verticem salciatus. *Dimitte me*, optat, ut plangat, aliquid de angore animi, & corporis anxietatibus remitti. An plangere peccata nequit, dum ita dolet? Profectò nequit. Magna est vis doloris, ubi natura succum-

Horam peccator non cogitat quam expeccat.

In morte urget salus, & non tempus.

Iob 10. eo.

Sancti.

bit oneri infirmitatis: & difficulter excitatur ad seclerum compunctionem, qui lethalem patitur anxietatem. Parùm curat de penitentia, qui premittit, & opprimitur mortis angustia: oraque duplex Iobus in languore, aliquid sibi relaxari doloris; ut possit vel paululum dolere de peccatis commissis. Nihil de Deo, animaeque iactura se offert moribundo cogitandum; igitur dolor corporis omnem arripit cogitationem, & sensum.

8 Haud ambiguum, quòd clemens Dominus ad penitentiam confugientes suscipit. Cor contritum, & humiliatum non despicit: at ut remittat misericors iniquitatem, seis habitum ire cor iniquum contritionem? In quocunque die peccator clamaverit, exaudiet Dominus: verbum eius nobile pretiosum pignus. Sanè. Scis te clamaturum, ut pius condoverit peccatum? Transiit peccatum Davidis, illic ut accessit vis doloris. *Peccavi*, dixit: etiam dicam. Leviter loqueris. Etiam Saul & Iudas dixerunt, *Peccavi*. Quid ergò? Salvi facti sunt? Nequaquam: siquidem in penitentia persistunt penitentiana. *Peccavi*, clamat David. Facilis est eiusmodi dolori Ubi est, aut unde petendus? Nunquid apud Parthos, Armeniosque later? Illud *Peccavi* quanti dic mihi posset emi? Quomodò commodè nanciscetur, qui vixit genio; & tunc iacebit perturbatus proximo? *Qua* via declivè revertetur & subito, mancipium damoni dediturum, ad clementem & pium cunctorum Dominum, homo suo libro adeptus, à legibus voluptuose solutus, qui vixit vita, quasi non esset Deus? *Prona* sunt lachrymae? *Prona*, Gaude: verum oriuntur ex anima ruina, an ex cordis penitentia? Lachrymaberis dolores mortis, an feditatem sceleris? Quid si pressura temporis non datur locus? Quid si caput, ut solet, gravat veterans? Quid si lethargus insidiatur rationi, & moreris amens eodem modo quo vixisti? Exitus patet? Nullus. Clauditur ianua: & ruis praereps cum desperatione in barathrum; quia minime collocasti tempus penitentiæ concellum.

9 *Confiteberis vivens, vivus & sanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaris in miserationibus illius*: admonet Iesus Sirachus. Ecce norma fructuosa confessionis, ut peccator penitens thesaurus divinae experiatur pietatis. *Confiteberis vivens*: quia periculosum, si confitearis scelerum moriens. Non est in morte, qui memor sit Dei; & est necessaria Dei offensam

Difficilis excitatur ad compunctionem non qui lethalem patitur anxietatem.

Quam fallax fiducia in futuram penitentiam.

Suspensa lachryma penitentia in morte.

Eccl. 17. 27.

Crepera confessio morientis.

Cur? memoria, ut penitentis remittat clemens commissa flagitia. Non moriens: siquidem premente languore, & peracuto morbo, raro fit vera, ac integra confessio: dolor enim urgentis infirmitatis expellit à pectore dolorem cordis. Ergo confitebris vivens: in morte autem potest dolor claudicare; quia duntaxat queritur levamen dolori urgenti: & creperum est, an sit dolor de peccatis, vel tantus dolor de doloribus corporis.

*Vivus, & sanus*, dum vigent sensus, ut contempletur summum bonum, caducis rebus posthabitu, & à villi verme offensum: dum rubore tanta audacia suffusus, cor conterat propter culpam, & minime propter poenam. *Vivus, vivens, & sanus*, id est, sine occasione proxima peccandi, nisi velle gravius sceleribus mori: quippequam sese signat amentem; cum non sanus, sed insanus accedit ad confessionem. *Vivus, vivens*. Ni fallor; commendat Sirachides utilitatem, iterum constendi peccata. In gratia est vita: vivus accedit, & finem adipiscitur, qui in vita, ut amplioem accipiat gratiam, scelera confiterur, vivus accedit vivens; quicunque constet iterum peccata confessà, ut respectu iterata confessionis, nanciscatur à Domino donum pietatis; & multiplicet misericordias, simulac videt in pectore penitentis geminatae angustias. Tantum enim de dolore sollicitus est, qui in morte peccata confessà scit: & vivens vivus homo iubetur confiteri; ut possit veniam commodissime adipisci: difficile enim videtur in articulo mortis, in pressura infirmitatis, de peccatorum examine, de puritate conscientiae, & dolore fatigare.

10 *Denique. Vivens, vivus, & sanus*. Scilicet, si confiteris, ut vivas; vivus, & sanus confitebris: quandoquidem si infirmus pervenit non confessus ad mortem, difficulter confessio fit ad salutem. Ideo Iohannes clamabat: *Facite fructus dignos penitentiae*: igitur in mortis urgentis tractu, plerumque fit penitentia, sed sine fructu. Quos dicit Baptista *Dignos*, intellige congruos. Possunt esse, raro licet, in senectute, vel morte penitentiae fructus, sed non ad tempus: & quicunque intempestivi, desperantur; quia invite à corde quasi extorquentur. *Facite fructus dignos penitentiae*. Fructus penitentiae digni sunt, dum non timore sunt, sed voluntate: dum agitur penitentia, non cum penitentiam patitur reus: & hos fructus appellat Baptista dignos; quia tunc digni iudicantur à pe-

Inutilis confessio, si laet peccandi occasio.

Quid est confessio viventis vivis?

Luc. 3. 8.

Saepe in mortis articulo, penitentia si ne sequatur.

Qui fructu penitentiae digni.

nitentia, ubi supplicibus conceditur gratia.

11 *Perpende sequentia. Facite* (ait) *fructus dignos penitentiae*; id est penitentiam fructuosam: *Iam enim* (subdit) *secundis ad radicem arborum posita est. Quid ergò? Ut sint penitentis fructus digni venia; quid interest, quòd securis ad radicem arboris sit applicata? Arbor rationalis est homo, mors secutum habet, infirmitas applicat; & arborem destruit: Iohannesque excitans segnes ad penitentiam, ut referent fructum dignum; securis posita ad radicem arboris meminit, ubi natura debilitate languet: igitur si istum mortis in arbore expectant, acivè consequentur misericordiam. Antequam mors vim istus imponat caucis arboribus corporum, facite (declinat sceleribus, peccantes peccata) fructum. Iam fugite, si curatis penitere: perperam ergò facietis penitentiam fructuosam; si expectatis, ut cor doleat de peccatis, horam ultimam. Penitentia non fructuosa non est penitentia; & aptè antequam securis insigatur arbori, admonet Christi Prodromus, *Facite fructus dignos penitentiae*; quippe in morte fructus non dignus: & si non dignus, non est penitentiae fructus.*

12 *Arripit nobis Sirachus: Confiteberis vivens, vivus & sanus confiteberis & gloriaris in miserationibus*. Haud gloriaritur, si vivens non confiteatur: *Non Meretur* (ait Augustin. Sermon. 17. de *Verbis Domini*) *ut moriens obliviscatur sui, qui vivens oblitus est Dei*. Summa stultitia est sperare (quia bonus utique) à Domino momentum beneficij, cuius nunquam, & nusquam (improbis meminit. *Gloriaris in miserationibus*. Gloriarur, qui gratiam consequitur, & ut glorietur, dicit, quod sanus & vivus ante mortem sceleris, penitendo confiteatur; igitur licet faciat fructus penitentiae in morte, iure dubitatur, an sint dignae penitentiae: quandoquidem serò disponuntur ad gratiam, ad consequentur brevi divinam misericordiam. Ni dicas, ut glorieris in miserationibus, ne glorieris; sed vivus, & sanus confitearis: siquidem multis, qui gloriabantur divina misericordia, in articulo mortis fuit spes vacua. Vide *Tautolog.* sequent. *Didasc.* 3.

13 *Quid enim retrahit animum ab huiusmodi officio? Confessio? Si commissa noxa, cui verba?*

*Quid istas succinis ambages? Tibi iudicatur, effusis amens.*

Ibid. v. 9.

Ante mortem.

Quia fructuosa penitentia.

Ubi sup

August.

Sunt fructus penitentiae digni, si sunt dignae penitentia.

Gloriatio de Dei clemencia quomodo nocua?

Peri.

Mercurius latronum Numen.

Perpende, Deus latronum apud Antiquos colebatur Mercurius, cuius imaginem videris apud Vincent. Chartarium fol. 220. de Imagin. Deorum. (Mendacis colum infamare conantur, & mercedem stupri inter sidera collocare, dicam cum Hieronymo in cap. 5. Amos) Huius imaginibus sacrificabantur lingua victimarum, uti observarunt Chartar. ubi supr. Martian. Capella, Natalis Comes lib. 1. cap. 10. & Pierius Valerianus lib. 33. cap. 40. Aptè enim cedit lingua sospiranti scelera. Congruè coherent, inbrumentum vocis, & malitia silentij iniquitatis: lingua & noxa: igitur qui commisit flagitium, licet habeat Hermetem, habet & iudicem.

Etis abscondatur peccatum patet usrigium.

August. 14. Incredibilis insania est (ait August. in Psalm. 50.) de alligatura erubescere, & de vulnere non erubescere. Profectò insania: igitur nemo nisi infans alligaturam reuigat, dum perpetitur vulnus. Peccatum non potest latere Deum. Ipse est medicus: contemini Domino, quoniam bonus, ne pateat, si pateat vulnus. Quæretur peccatum & non inuenitur; quippe exhumatum à silentio, in sepulchro oblivionis confessione sepelitur. In cæternis iudicijs, post confessionem confusio, & pena (proferet Chrylost. Serm. de Penitentia, & Conf.) in diuino, merces iustitia, virtus, & absolutio: iccirco Psalter suspirans ait: Confitemini Domino, quoniam bonus: ne quis veritus penam post confessionem, neget peccata. Perpende. Merces & iustitia in iudicio Divino, & Confusio & pena in civili profano. Hic qui confessus crimen, nihil habet præter confusionem; illic remissio fit criminis, per mercedem confessionis: & est merces & iustitia, liquidem per confessionem remittuntur peccata.

Secles lateres, si pater in confessione.

Pli. 9. 15.

Chyl.

In iudicio diuino post confessio nem absolutio.

15. Quis enim basilicum fovet in pe-

store, si vivere cupit? Projiciat peccatum viperam, uti fecit Paulus, in ignem penititudinis, & nihil mali patitur præcordijs: aïas intumescet veneno, & expirabit tubido. Nunc de alijs, atque alijs sonat undique in auribus nostris (ait August. lib. 1. Confes. cap. 11.) sine illum, faciat quod vult: & tamen in salutem corporis non dicimus sine videretur amplius, nondum enim sanatus est. Cras fiet, quod urget hodie? Medicinam insignem huic pestifera fiducia adhibet Patriarcha N. Benedictus cap. 4. S. Regul. infirmum. 47. Mortem (inquit) quotidie suspectam habere. Suspectam: igitur dum latet, subito irruit: & de die crastino nullatenus cogitabit, qui non habet hodie. Nescis homo, quod te manet fatum. Magnum est salutis momentum. In quibus actibus vocabere, oportet exactam rationem reddere iudici. Velis, nolis, Cras est periculum: iter factum, quod faciendam: haud perceller animam, quod cogitas ut futurum. Obrepat mors: obrepat. Semper est inopinatè tempestiva, quæ fuit suspecta. Hodie cogites quæ cras, ut bene tibi sit, accedenti lucernam ante tenebras mortis: sed peperam, cuiusque cras, quæ hodie: nec videt lucernam antequam extinguatur pressura temporis. Malè vives, dum morieris. Serum est, additum morti incipere vitam: stolidum sanè confidere tempori, qui non habet auram. Unde ut vidimus supr. num. 1.

Ille sapit quisquis, vixit heri. Ingenioseque Ovven. lib. 3. Epigram. 50. Hoc quod adest Hædie, quod nomen habebat Heri? Cras. Cras hodie quodnam nomen habebit? Heri. Cras lentum quod adest nunquam, nec abest procul unquam. Quonam appelleret nomine cras? Hodie.

Ad. ad.

August.

S. Benedicti. Cur dicitur Mors suspecta

Sit factam ut bene sit quod cogitatur faciendam.

Mart.

Ovven.



# TAUTOLOGIA

## QUINTA.

### MORTE MORIERIS.

Genes. 2. vers. 17.

#### EXPOSITIO LITERÆ.

1. STA Enim est lex Adam, & via universa carnis post peccatum, uti dicitur 2. Reg. 7. 19. & 3. Reg. 2. 2. Quis est homo, qui vivet, & non videbit mortem? Psalm. 88. 49. Quid sis? Quid optas? Perdis operam. Eò ibi, quò omnia eunt. Quid tibi novum est? Ad hanc legem natus es: hoc patri tuo accidit, hoc matri, hoc maioribus, hoc omnibus ante te, hoc omnibus post te. Series invicta, & nullà mutabilis ope, illigat, atque trahit cuncta. Ita disertè Seneca Epist. 77. Testamentum enim huius mundi (quale? dicit Sirachus cap. 14. 12.) Morte morietur. Testamentum est, & irrevocabile. Statutum est hominibus semel mori. Nemo tam imperitus est (ait Stoicus ubi sup.) ut nesciat sibi, quandoque moriendum. Morti igitur devoventur omnia, imò etiam ipsa sepulchra.

Mirumur perisse homines? Monumenta fatiscunt. Mors etiam saxis, nominibusque venit. Canit Antonius Epigram. 34. Inven. Satyr. 10. v. 146. Quandoquidem data sunt ipsi quoque fata sepulchris. Et Rutilius Numatianus,

Non indignemur mortalia corpora solvi: Cernimus exemplis oppida posse mori. Quid mirum? Possunt ipsa sepulchra mori. Etiam ipsa mors postremò moritura: Osee 13. v. 14. & Tragic. in Hercules. Octavo, Act. 3. v. 1113. Certos atque obitus trahet, Atque omnes pariter Deas Perdet Mors aliqua, & Chaos. Et mors fata novissima In se constituit sibi.

Per peccatum ergo mors, & per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt. Protoplasto quidem inungitur (vel ut obedientia exerceatur, sicut placet Gregorio Magno, lib. 35. Moral. cap. 10. vel ut servitus hominis, & supremum Dei dominium denotetur, ut intendit Augustinus lib. 8. de Genes. ad lit. cap. 11.) præter naturalem, & supernaturalem, lex Divina privata & specialis (sicut Abrahæ de immolatione filij) ut abstererit ab usu ligni scientiæ boni & mali: ita ut si reverentia Legislatoris, excellentia auctoritatis, atque sponso mercedis aviditatem animi ab interdicta arbore minime coercerent; supplicia indubitato comminata, & intelligenda, audaciam prævaricatorientis revocarent: & ne crederet terrorem tantum esse præceptum, allèverat Deus Adamo certocertius moriturum, dicens: In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris. Graphice igitur Marius Victor lib. 1. Genes. vers. 3. 19.

Spondet adbus maiora bonis, & præmia servat. Qui causam meritis statuat, cum vesceve, alixit, Arboribus cunctis: hanc tantum horvere memento, Quæ diversarum gestans examina vernon, Tunc vos scisse bonum, morsu cum laesa profano, Nolle malum faciet, mortis quod pena sequatur, Tali lege data, ratio docet alta parentis Quod non mortalem fieri, sed vivere dignum Esse hominem voluit, dignum observantia paros Quem faceret.

2. Reg. 7. 19. 3. Reg. 2. 2. Senec.

Eccl. 12. 12. Senec.

Auson.

Iuven.

Rutil.

Seneg.

Car Desj Adamo præceptum inpositum privatum Gregor. Magn. Augustin.

Gen. 2. 17.

Mar. Vid.

Ante